

ronata malo. Angulosa hederæ. Diuisa platano. Infecta pestinum mō piceæ: abieti. Sinuosa toto am-
bitu robori. Spinosa cuto rubro. Mordacia sunt quibusdam: ut urticis. pungētia pino: Piceæ: abieti: lat-
ei: cædro aquifoliis: perdiculo breni oleæ: & ilici. Longo uitibus. Tremulo populis. Et isdem solis inter
se crepitantia. Iam & in pomo ipso mali quodam in genere parua mediis emicant folia. Interim & ge-
mina. præterea aliis circa ramos: aliis in cacumine ramorum. Robori & in ipso caudice iam de sa ac ra-
ra semperq; lata ratiōra. Disposita myrto. Cōcaua baxo. Inordinata pomis. plura eodem pediculo ex-
eūtia malis pyrisq;. Ramulosa ulmo: & cýtiso. Quibus adiicit Cato decidua a populo quærnaq; anima-
libus iubens dari non perarida. Bubus quidem & ficulnea iligna q; & hederacia. Dantur & ex harundi-
ne ac lauro. Decidunt sorbo uniuersa. cæteris paulatim. Et de foliis hætenus.

De ordine naturæ in satis: & de flore arborum & conceptu: &
germinatione: & partu: & quo ordine floreat. Cap. xxvi.

Rdo autem naturæ annuus ita se habet. primus est cōceptus flare incipiente uēto fauoniō.
Ex inde fere. vi. idus febru. Hoc enim maritantur uiuescētia e terra. Cum etiam equæ in hi-
spania ut diximus. Hic est genialis spiritus mūdi a fouendo dictus: ut quidam existimauē-
re. Flat ab occasu æquinoctiali uer inchoans: cathlitionem rustici uocant gēstiente natura
semina accipere: ea q; anima inferente omnibus satis. Cōcipiunt uariis diebus: & pro sua quæq; natura.
Alia protinus ut animalia. Tardius aliqua & diutius grauida partus gerūt. Quod geminatio ideo no-
catur. Pariunt uero cū florent: flosq; ille ruptis constat utriculis. Sed educatio in pomo est. Hoc & ger-
minatio arborum. Flos est pleni ueris inditium: & anni renascentis. Flos gaudium arborum. Tūc se no-
uas aliasq; q̄ sunt ostendunt. Tunc uariis colorum picturis i certamen usq; luxuriant. Sed hoc negatū
plerisq;. Nam nec omnes florent: sed sunt tristes quædam quæq; nō sentiant gaudia annorum. Nā ne-
q; illex picea larix pinus ullo flore exhilarantur: natalesue pomorū recursus annuos uerficolori nunciō
pmittūt. Nec ficī atq; caprifici protinus. n. fructum flores gignunt. in ficis mirabiles sunt & abortus: q̄
nunq; maturescunt. Nec iuniperi florent. Quidā earū duo genera tradūt. Alterā florere nec ferre. Quæ
uero nō floreat ferre ptinus baccis subnascētib; quæ biēnio hæreāt. Sed id falsum oībusq; iis dura fa-
cies semper. Sic & hominū multis fortuna sine flore est. Omnes autem germinant etiam quæ non flo-
rent. Magna & locorum differentia. Quippe cum ex eodem genere quæ sunt i palustribus priora ger-
minent: mox cæpestria: nouissima in siluis. per se aut tardius pyri siluestres q̄ cætera. primō fauoniō ger-
minat cornus. Proxie laurus. pauloq; ante æquinoctiū tilia: acer. Inter primas uero populus: ulmus: sa-
lix: alnus: nuces. Festinat & platanus. Cæteræ uere cōcepto aquifoliū terebithus: paliurus: castanea: glā-
des. Serotino aut germine malus tardissimus siber. Quibusdā geminat geminatio: nimia soli ubet-
tate: aut inuitantis cæli uoluptate: quod magis i hærbis segetum euenit. In arboribus tamen nimia ger-
minatio elassescit. Sunt aliæ naturales quidē quibusdam germinationes: pariterq; uernæ: quæ suis con-
stant syderibus: quarū ratio aptius reddet ab hoc tertio uolumine. Hyberna aquilæ exortu. Aestiuā ca-
nis ortu. Tertia arcturi. Has duas quidem oībus arboribus cōes putant. Sentiri aut maxime in fico uite
punicis causam afferentes: quoniā i thessalia macedoniāq; plurima tunc ficus exeat. Maxime tamen in
ægypto apparet hæc ratio. Et reliquæ quidem arbores ut primū cœpere cōtinuant germinationē. Ro-
bur & abies & laris intermittunt tripartito: ac terna germina edunt. Ideo & inter squamas cōtite spar-
gant. Quod oībus arboribus i germinatione euenit: quoniā prægnantiū rumpit cortex. Est aut priā ea-
rum icipiente uere circiter. xv. diebus. iterum germinant transeunte geminos. sole. Sic fit ut dum priā
cacumine ipellant se cutis aperiat geniculato incremēto. Tertia est earū dē ad solstitiū breuissima: nec
diutius septennis diebus. Clareq; & tūc cernit exerescentiū cacuminū articulatio uitis sola bis parturit
cū primū emittit uuā. iterū cū digerit. Eorū q̄ non florēt partus tantū est & maturitas. Quædam statim
in germinatione florēt. properatq; in eo. sed maturescūt tarde ut uites. Serotino quædam germinatu
florēt: maturatq; celeriter: ut morus: quæ nouissima urbanarū germinat: nec nisi axacto frigō: ob id di-
cta sapientissima arbor. Sed cum cœperit tm̄ uniuersa germinatio erumpit: ut una nocte peragat etiā
cū strepitu. Ex iis quæ hyeme aquila exoriēte: ut diximus: cōcipiunt: floret prima oīum amygdala mē-
se ianuario. Martio uero poma matura. Ab ea proxime florent armeniaca: dein tuberes: & p̄coces. Illæ
peregrinæ hæ coactæ. Ordie aut naturæ siluestrium primæ sambucus: cui medulla plurima: & cui nulla
cornus mascula. Urbanæ malus: paruoq; post ut simul possit uideri pyrus & cerasus & prunus. Sequi-
tur laurus illāq; cupressus. Deinde punica ficī. At uites & oleæ florentibus iam iis geminant. Conci-
unt uergiliarū exortu. Hoc sydus illatum est. Floret aut solstitio uitis: & quæ paulo serius incipit olea.
Deflorescunt oīa septenis diebus: nō celerius. Quædā tardius. Sed nulla pluribus bis septēnis. Oīa & i
tra. viii. iulii idus etesiarum præcursu. Nec statim fructus sequitur in aliquibus.

De cornu: & quo tpe quæq; ferant: & quæ fructum nō ferant: & quæ infelices existimātur & quæ
facilime fructum perdunt: & quibus fructus anteq; folium nascantur. Cap. xxvii.
Oīnus enim circa solstitia redit primo cādīdum: postea sanguineum. Ex eo genere formia